†. In huius fine minio notatum: πλα νικαίου. Tum sequitur anonymi tractatus de curatione morborum cap. CXXX. comprehensus, cuius prooemium incipit: πολλῶν τε καὶ ποικίλων γενομένων νοσημάτων, αναριθμήτων συμπτωμάτων κ. τ. λ. Primum verò caput est: περὶ ἐπισκέψεως, de visitatione. πῶς ἐπισκήψη τον νοσοῦντα. Ultimum verò περὶ παρονυχίας. ἀπόςευμα περὶ τὴν ῥίζαν. Fit verò per quaestiones et responsiones. Per inscriptionem: Olim Nicaeae, intelligo Bessarionem possessorem.

Φύλ. σοζ. Fol. 277.

Σκευασία ἀλατίου λουκᾶ τοῦ ἁγίου ἀποςόλου.	Compositio salsi intinctus Lucae sancti apostoli.
Α. ἔχων ἐνεργείας τοσαύτας.	Τ. καὶ τὰς τροφὰς πάσας.

†. Titulus codicis regii Parisiensis prolixior est: Ἀλάτιον τοῦ ἁγίου ἀποςόλου καὶ εὐαγγελιςοῦ λουκᾶ δωδεκάθεον ὀνομαζόμενον, ὠφελοῦν εἰς πάντα τὰ πάθη, ἐξαιρέτως τὴν ἀμβλυωπίαν, ᾧ καὶ οἱ καλλιγράφοι χρῶνται. Halatium sancti apostoli et evangelistae Lucae Dodecatheon vocatum, utile contra omnes morbos, praecipue contra hebetositatem, quo etiam calligraphi utuntur.

Καὶ ἡ τρίτη σκευασία τοῦ ἔσδρακος τοῦ σοφοῦ καὶ μεγάλου προφήτου εἰς ὑδερικοὺς καὶ εἰς πάντα τὰ ψυχρὰ νοσήματα.

A. Μαμηρὰ, οὐγγιὰν α.

Et tertia compositio Esdracis sapientis et magni prophetae pro hydropicis et morbis omnibus frigidis.

T. ἀποφρίσμενον τὸ ἀρκοῦν.

†. In fine notatur: καὶ τοῦτο ἐξισώθη τὸ βιβλίον, ἀλλ' οὐ καλῶς, ἐπεὶ τὸ πρωτότυπον αὐτοῦ διεφθαρμένον ἐτύγχανεν ὂν ἐν πολλοῖς τόποις, et hic liber exaequatus est. Ad non bene. Nam prototypon ipsum in multis locis corruptum erat.

Φύλ. σοη. Fol. 278.

Ἀδέσποτον, περὶ τοῦ, ποῖον μέλος τοῦ σώματος ἕκαςον τῶν ζωδίων κεκλήρωται.

A. ἔτι δὲ τῶν ζωδίων ἕκαςόν τι.

Anonymi de eo, quale membrum corporis singula zodiaci signa sortitum sit.

T. ἔμπροσθεν ἑπτὰ καὶ ὄπιθεν ἑπτά.

†. Subiungitur: τέλος σοι χριςὲ τῷ δεδωκότι χάριν, finis tibi, Christe, qui dedisti gratiam. Ab Hippocrate incipiendo usque huc omnia omissa sunt in veteri catalogo.

Codex LXXIII.

Chartaceus, charta solida et laevigata, literis minutis et nitidis, in folio, cum variis lectionibus, exaratus Venetiis a Cornelio Murmureo, Andreae filio, Saec. XVI. foliis 383, probe conservatus et inscriptus.

Τοῦ σοφωτάτου μεγάλου λογοθέτου φυσικὰ τοῦ μετοχίτου.

Sapientissimi magni logothetae Metochitae physica.

A. τυφλοῖς ὀλίσθους ἐμποιεῖν παγχάλεπον.

T. τῶν αἰσθητῶν καὶ τῶν αἰσθητηρίων.

†. Secundum monogramma praefixum legitur: λογοθετοῦ τοῦ γενικοῦ θεοδώρου μετοχίτου. Logothetae aerarii generalis Theodori Metochitae paraphrasis in libros Aristotelis, nempe de auditu physico lib. VIII. De coelo lib. IV. De generatione et interitu lib. II. De anima lib. II. Est hic tomus primus. Reliqua sequuntur in sequenti et secundo tomo. Paraphrasis haec primum latine lucem vidit Basil. 1559. 4. ubi tamen nec idem ordo, nec omnia, quae in duobus tomis habentur, continentur. In fine scriptor haec adiecit: Ἡ βίβλος αὕτη μετεγράφη ὑπ' ἐμοῦ κορνηλίου τοῦ ναυπλίεως τῶν μουρμούρεων, υἱοῦ ἀνδρέου, ἐνετίησι διάγοντος, ἔτει τῷ ἀπὸ τῆς θεογονίας αφνα μουνιχιῶνος εἰκάδι. Liber hic transscriptus est a me Cornelio Naupliensi Murmureo, Andreae filio, agente Venetiis anno a partu virginis 1551. 20 Martis.

Codex LXXIV.

Chartaceus, charta solida et laevi, literis minutis et nitidis, titulis, numeris et initialibus miniatis, in folio, scriptus Venetiis a Cornelio Naupliensi Murmureo, Andreae filio, cum variis lectionibus, Saec. XVI, constans foliis 439, probe conservatus et inscriptus.

Τοῦ σοφωτάτου μεγάλου λογοθετοῦ φυσικὰ τοῦ μετοχίτου περὶ ψυχῆς.

Sapientissimi magni logothetae Theodori Metochitae physica.

A. ὅτι ἐναρχόμενος τοῦ τρίτου βιβλίου.

T. τί δὲ ἀόρατον.

†. Est hic tomus secundus in Aristotelis libros, scilicet in librum tertium de anima, de memoria et reminiscentia, de somno et vigilia, de insomniis, de divinatione per somnum, de motu animalium, de brevitate vitae et longitudine, de senectute et iuventute, de vita et morte, de animalium incessu, de animalium partibus, de animalium generatione, de meteorologicis, de sensu et sensili. Ex quo vides paraphrases de animalium incessu, partibus, generatione et de sensu et sensili in editione Basileensi supra memorata non comprehendi, adeoque nec graece, nec latine adhuc editas. In fine notatur: Ἡ *βίβλος ἅυτη μετεγράφη ὑπ' ἐμοῦ κορνηλίου τοῦ ναυπλίεως τῶν μουρμούρεων, ὑιοῦ ἀνδρέου, ἐνετίησι διάγοντος, ἔτει τῷ ἀπὸ τῆς θεογονίας αφνα μαιμακτηριῶνος δ ἱσαμένου.* liber hic transcriptus est a me Cornelio Naupliensi Murmureo, Andreae filio, Venetiis agente anno a partu Virginis 1551. 4 Septemb.

Codex LXXV.

Chartaceus, charta solida et laevi, titulis et initialibus rubris, charactere minusculo et terso, manu diversa, etiam Petri Carneadae Monembasiani, Saec. XVI. in folio, collatus cum prototypo, mutilus, foliorum 399, optime conservatus et inscriptus.

Μαξίμου τυρίου σοφισοῦ καὶ φιλοσόφου λόγοι.	Maximi Tyrii sophistae et philosophi orationes.
A. *περὶ μὲν δαιμόνων ἀμφισβήτων.*	T. *καὶ ἀνεπιτιμήτου τόλμης.*

†. Sunt numero XLI, eaedem, quae in cod. LXVII. occurrunt, quem consule. In fine notatur: *Καὶ τοῦτο ἐξισώθη κατὰ τὸ ἑαυτοῦ πρωτότυπον, ἵνα μὴ*

εἴπω καὶ κρεῖττόν τι, etiam hic liber est exaequatus cum suo prototypo, ne dicam melius quid. In veteri catalogo XXXIX. tantum numerantur.

φύλ. ριγ. Fol. 113.

Εἰς τὸ πρῶτον τῶν δευτέρων ἀναλυτικῶν. In primum librum posteriorum analyticorum.

A. Σκοπός ἐςιν ἐνταῦθα τῷ ἀριςοτέλει. T. τὸ ἐπιςητὸν γινώσκουσα αὐτό.

†. Nulli hic commentarius inscriptus est. At Fabricius vol. II. bibl. gr. pag. 114. Apollinaris commentarium Msc. in I. posteriorum Venetiis extitisse ait. Num idem sit, nescio. Initium enim ibi non indicatum. Fol. 123. magna lacuna statim initio post titulum est: ἀληθεῖας μὲν δεῖ εἶναι τὰς προτάσεις. Subsequuntur adhuc aliae, sed minores. v. Morellii bibl. gr. etc. p. 123.

φύλ. σϟζ. Fol. 297.

Ἀριςοτέλους ῥητορικὴ πρὸς ἀλέξανδρον. Aristotelis rhetorica ad Alexandrum.

A. Ἐπέςειλάς μοι, ὅτι πολλάκις. T. πλῆθος πολίτων ἀγαθῶν.

†. Convenit cum editione Basileensi graeca 1539. f. In fine scriptor addit: δόξα πάντοδην ἀμω θεῷ αφν. μαρτίῳ κς. χεὶρ πέτρου καρνεάδου ἐκ μονεμβασίας. Gloria Deo undequaque immaculato 1550. 26 Mart. manus Petri Carneadae Monembasiani. v. Morellii bibl. gr. etc. p. 127.

φύλ. τλγ. Fol. 333.

Αἰσχύλου σχόλια. Aeschyli scholia.

A. τηλουρὸν, διὰ τὸ πολὺ τοῦ ὄρους. T. ναυσὶ ταῖς τρισκάλμοις.

†. Ex eorum initio iam videre est, non omnia hic esse, quae in editione Paris. H. Stephani continentur. Sed ibi partim prolixiora, partim alia habentur. Finis occurrit in Persis. Sunt tres libri. In fine legitur: *τέρμα σὺν θεῷ ἐκύρσατο ἡ βίβλος*, finem cum Deo sortitus est liber.

Cod. LXXVI.

Chartaceus, charta solida et laevi, titulis et initialibus minio distinctis, literis minusculis et nitidis, manu diversa, in folio, valde mutilus, Saec. XVI. foliorum 463, optime conservatus et inscriptus.

Ἀσκληπίου φιλοσόφου τραλλιανοῦ εἰς δύο βιβλία τῆς νικομάχου σχόλια.	Asclepii philosophi Tralliani scholia in duos libros arithmetices Nicomachi.
A. *πλατονικὸς ὢν ὁ πατὴρ τοῦ βιβλίου.*	T. *πρὸς εἰσαγωγικὴν διδασκαλίαν.*

†. v. synopsin Bernardinam et Morellii bibl. gr. etc. p. 214. 263. 199.

Φύλ. ϞΔ.	Fol. 94.
Ἐξήγησις τοῦ φιλοπόνου εἰς δύο ἀριθμητικῆς νικομάχου τοῦ γερασηνοῦ.	Ioannis Philoponi expositio in duos libros arithmeticae Nicomachi Geraseni.
A. *εἰσαγωγὴ ἐπιγέγραπται, ὡς πρὸς τὰ.*	T. *καὶ ἁρμονικοὶ ἐνθεωροῦνται λόγοι.*

†. In codd. Vindobonensi et Taurinensi aliud initium habetur. Incipiunt enim: *ἐπεὶ ἡ ψηχὴ διττὰς ἔχει κ. τ. λ.* Nesselius insuper part. 4. p. 25. adnotat, sine ullo auctoris nomine inscribi his verbis: *ἐξήγησις τῆς νικομάχου ἀριθμητικῆς εἰσαγωγῆς τῶν εἰς δύο τὸ πρῶτον. ἐπεὶ ἡ ψυχὴ κ. τ. λ.* Addit

etiam titulum secundi libri: ἀρχὴ τῆς ἐξηγήσεως τοι δευτέρου. ἐνταῦθα μέλλει δεῖξαι, ὅτι ἡ ἰσότης κ. τ. λ. qui electorali prorsus non convenit. Est enim: ἀρχὴ τῆς ἐξηγήσεως τοῦ Φιλοπόνου ἐις δεύτερον τοῦ νικομάχου βιβλίον περὶ τῶν ἀριθμῶν. ἔιρηται ἡμῖν ἤδη, ὅτι τοῦ πρός τι πόσου τὸ μὲν ἴσον ἐςι. Infero proin eiusdem commentarios hos non esse. Caeterum uterque creditur ineditus. Electoralis in fine lacunam habet. Observo adhuc, Monacensem constare foliis 126. Vindobonensem 69. et Taurinensem 100. v. Morellii bibl. gr. etc. p. 263. 199.

Φύλ. σκ.	Fol. 220.
Τοῦ γερασηνοῦ ἀριθμητικῆς ἐισαγωγῆς δύο βιβλία.	Nicomachi Geraseni arithmeticae introductionis libri II.
A. ὁι παλαιοὶ καὶ πρῶτοι μεθοδεύσαντες.	T. ὡσαύτως ἐςιν. τέλος.

†. Contuli eos cum editione Basil. 1538. 4. et inveni, plures in electorali titulos miniatos occurrere. Post finem editionis adhuc ista adduntur: ἐπὶ πάσων μέν τὸν τῶν ἐπικειμένων θέσεων πάντως ὁι ἄκροι τετράγωνοί ἐισιν. ὁι δὲ μέσοι ἐκ τῶν πλευρῶν ἀυτῶν ἐπ' ἀλλήλας γινομένων καὶ ὁ μὲν πρῶτος τῆς ἀπογεννώσης ἐις τὸν ἐλάττονα τῆς γινομένης μεταβαίνει. ἐν ἀμφοτέραις δὲ ταῖς γεννηθεῖσαις ὁ ἔσχατος καὶ μείζων τετραγωνὸς ὡσαύτως ἐςιν. τέλος. In secundo libro soli duo tituli, iique minio exarati habentur: περὶ γεωμετρικῆς καὶ ἁρμονικῆς ἀναλογίας. Iisdem verò, ut editio, verbis incipit et desinit.

Φύλ. σοζ.	Fol. 277.
Ἀπολλωνίου περγαίου κωνικῶν βιβλ. δ.	Apollonii Pergaei conicorum lib. IV.
A. ἀπολλώνιος ἐυδήμῳ χαίρειν. ἐι τῷ τε σώματι.	T. ἐκ τῶν δεδειγμένων τὸ προτεθέν.

†. Quatuor hos libros priores graecolatine edidit Edmundus Halleius Oxoniae fol.] 1710. cum Eutocii commentariis. Ignota fuit haec editio Fabricio, qui tom. II. p. 558. ait, nunquam graece hos lucem vidisse. Cum hac editione hunc codicem contuli. Ad libri tertii initium codex habet hunc titulum: *δοκεῖ ἐντεῦθεν ἄρχεσθαι τὸ τρίτον τῶν κονικῶν ἀπολλωνίου*, hîc videtur liber tertius conicorum incipere. Ad librum quartum titulus est: *Ἀπολλωνίου περγαίου κονικῶν δ̄. ἐκδόσεως ἐυτοκίου ἀσκαλονίτου*. Apollonii Pergaei liber quartus conicorum edente Eutocio Ascalonita. In editione latina Veneta legitur: rogatione Eudocii. In editione Oxoniensi editus est etiam latine quintus, sextus, septimus et octavus restitutus.

Φύλ. τϞδ. Fol. 394.

Σερήνου ἀντινσέως Φιλοσόφου περὶ κυλίνδρου τομῆς.	Sereni Antisensis philosophi de Cylindri sectione.
A. *πολλοὺς ὁρῶν ὦ Φιλέκυρε.*	T. *ὁ περὶ τούτων λόγος.*

†. In propos. XXXII. (citatae editionis) inter: *ἐυθεία τῇ* AN. et *ἐὰν δὲ τὸ μὲν κ̄ σημεῖον*, in margine codicis Msc. notatur: *ἐνταῦθα δοκεῖ ἐλλείπειν καὶ μὴ ἀκολουθεῖν τὸ ἑπόμενον.* Hîc videtur aliquid deesse et sequens non cohaerere.

Φύλ. υιθ. Fol. 419.

Τοῦ ἀυτοῦ περὶ κώνου τομῆς.	Eiusdem de sectione coni.
A. *τῆς ἐν τοῖς κώνοις τομῆς.*	T. *πρὸς τὴν θ̄ βάσιν.*

†. Sic et editio Oxoniensis desinit. In nostro autem codice subiungitur: οὐχ εὕρηται πλέον, plus non erat inventum. De sectione coni nil dictum in vet. catal.

Codex LXXVII.

Chartaceus, charta solida et laevi, titulis, initialibus et numeris rubricatis, charactere minuto et lisibili, manu diversa, in folio; foliorum 310, Saec. XVI. mutilus, bene conservatus et inscriptus.

Παράφρασις τῶν ἀριστοτέλους ἠθικῶν νικομαχείων.	Paraphrasis Aristotelis ethicorum ad Nicomachum.
A. ἐν πάσῃ τέχνῃ καὶ μεθόδῳ.	T. λέγομεν οὖν ἀρξάμενοι.

†. Labbeus bibl. nov. Msc. p. 114. memorat Ioannis Cantacuzeni paraphrasin librorum ad Nicomachum scriptam sub nomine Iosephi sive Ioasaphi monachi. Et re vera! Nam finito hoc libro haec adduntur: τὸ βιβλίον γέγονε δι' ἐξόδου τοῦ εὐσεβεστάτου καὶ φιλοχρίστου βασιλέως ἡμῶν Ἰωασὰφ μοναχοῦ τοῦ κατακουζινοῦ ἐν ἔτει ͵ϛωοε μην. νουεμβρ. κδ. N. E. liber hic compositus est sumptibus augustissimi et Christi amantis imperatoris nostri Ioasaphi monachi Cantacuzeni A. 6875. (aera graeca) latina autem 1367. mensis Novemb. 24. indict. V. In veteri catalogo auctoris incerti esse dicitur.

φύλ. ρξε.	Fol. 165.
Μιχαήλου ἀποστόλου βιζαντίου πρὸς τὰς ὑπὲρ ἀριστοτέλου περὶ ουσίας κατὰ	Michaelis apostoli Byzantini ad Theodori Gazae obiectiones contra

πλήθωνος θεοδώρου τοῦ γαζῆ ἀντιλήψεις.	Plethonem pro Aristotelis libro de substantia.
A. ἔδει πλήθωνα, εἴπερ αὐτῷ ἀριστοτέλης.	T. καὶ ὀξύτεροι τὴν διάνοιαν.

†. Pletho iste vocatur adhuc Gemistus. Michaelis autem, quem alii Apostolium appellant, responsiones in variis bibl. Msc. latent. v. Fabric. vol. X. p. 222. Lambec. lib. VII. p. 113—114. Ioan. Iriarte vol. I. p. 136.

Φύλ. ρο.	Fol. 170.
Τοῦ αὐτοῦ ἐπιστολαί. γεμίστῳ τῷ πλήθωνι.	Eiusdem epistolae. Ad Gemistum Plethonem.
A. εἴ τί με καὶ πρότερον ἄλλο.	T. καὶ ἐμφορηθῆναι τῶν σῶν.

†. Est haec unica epistola. Hinc legendum in titulo: ἐπιστολή. In bibl. autem caesarea latent epistolae XLV. dignissimae, iudice Lambecio, quae lucem viderent. In codice Palatino, num Vaticano, numerantur LXV. v. Fabric. vol. X. p. 224.

Φύλ. ροα.	Fol. 177.
Βησσαρίων καρδηνάλης μιχαήλῳ τῷ ἀποστόλου.	Bessarion cardinalis ad Michaelem Apostolium.
A. ἀφικέτω ὡς ἡμᾶς βραδύτερον.	T. ἔποιο τῇ συμβουλῇ.

†. In codice Madritensi fini subiungitur: ἐν βιτέρβῳ. Alibi de hac Bessarionis ad Michaelem Apostolium epistola nil inveni.

Φύλ. ρογ.	Fol. 173.
Τοῦ σοφωτάτου καὶ ὑπερτίμου μιχαὴλ τοῦ ψέλ-	Sapientissimi et hypertimi Michaelis Pselli

λου σύντομος καὶ σαφεστάτη ἐξήγησις ἐις τὴν φυσικὴν ἀκρόασιν τοῦ ἀριςοτέλους. — brevis et clarissima expositio in Aristotelis physicum auditum.

A. καὶ πρῶτα μέν σοι φοιτητῶν, ἄριςε. — T. ἐν πλείονι χρόνῳ διέρχεται.

†. Prodiit latine Io. Camotio interprete Venet. 1554. fol. Codex electoralis est mutilus. Est enim tantum in sex libros, nec sextus est integer, uti finis ostendit, v. cit. edit. p. 50. lin. 38.

Codex LXXVIII.

Chataceus, charta solida et laevigata, titulis et initialibus rubris, literis minutis ac nitidis, in folio, foliorum 320, cum lectionibus variis, mutilus, Saec. XVI. probe conservatus et inscriptus.

Τοῦ ἀυτοῦ ῥακενδύτου περὶ πείρας, ἐμπειρίας, τέχνης καὶ ἐπιςήμης, ἐν ᾧ καὶ περὶ τῶν δυνάμεων τῆς ψυχῆς. — Eiusdem Rhacendytae de tentamine, experientia, arte, scientia, in quo et de animae facultatibus.

A. Σκοπὸς ἡμῖν ἐςὶ θεοῦ συνάρσει. — T. καὶ σοφιςικοὶ ἔλεγχοι δέκα καὶ τρεῖς.

†. Ex hoc patet, alios adhuc huius Rhacendytae tractatus praecedere, qui in tabula infra posita indicantur. Apud Laur. Theupolum de Msc. bibl. graecae S. Marci haec praemittuntur: de vita contemplativa, versus iambici et compendium rhetoricae. Inferendum, eos libros hîc esse perditos. Est autem is Rhacendyta Iosephus, qui sub Andronico Palaeologo seniore vixit et Actuarii ac Apo-

cauci, qui apud Io. Cantacuzenum gratiosus fuit, praeceptor. v. Fabric. vol. XII. p. 636—639. Laur. Theupolum p. 286. Lambec. lib. VI. p. 112. Capita LVI. etiam in hoc codice, ut in illo S. Marci, numerantur, ibique logicae compendium inscribitur. Sed et in fine nostri codicis legitur: τέλος τοῦ περὶ διαλεκτικῆς βιβλίου.

Φύλ. ρλβ. Fol. 132.

Τοῦ ῥακενδύτου προοίμιον τῆς φυσικῆς πραγματείας καὶ πρῶτον περὶ τῶν φυσικῶν ἀρχῶν.	Rhacendytae prooemium tractatus physici et primum de principiis physicis.
Α. σκοπὸς τοῦ παρόντος βιβλίου ἐςὶ ζητῆσαι.	Τ. τῶν δὲ ἀκηράτων ὁμαλῶς πύκνυται.

†. Tabula subnexa indicat, quae opuscula hîc contineri deberent. Est verò haec: προοίμιον τοῦ ῥακενδύτου. τοῦ αὐτοῦ ἰαμβικοὶ ςοῖχοι. σύνοψις ῥητορικῆς. περὶ λέξεως κ. τ. λ. ἐν τῷ περὶ φιλοσοφίας περὶ πείρας, τέχνης κ. τ. λ. προοίμιον τῶν φυσικῶν ἀρχῶν. περὶ τῶν φυσικῶν ἀρχῶν. περὶ τῆς ὕλης κ. τ. λ. περὶ οὐρανοῦ κεφ. ε. περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς κεφ. δ. περὶ τῶν φαινομένων φλογῶν κ. τ. λ. Codex bibl. S. Marci in cap. LII. de principiis physicis dividitur. Electoralis verò in libros et capita. Sic in fine libri primi legitur: τέλος τοῦ πρώτου βιβλίου. Ultimum caput physicae est de partibus animalium.

Φύλ. σοα. Fol. 271.

Τοῦ αὐτοῦ πραγματεία περὶ τῆς ἀρετῆς.	Eiusdem tractatus de virtute.
Α. ἐπειδήπερ ἔργα πίςεως ἔρημα.	Τ. τῶν εὐαρεςησάντων αὐτῷ ἁγίων, ἀμήν.

Φύλ. σϟα.	Fol. 291.
Τοῦ ἀυτοῦ περὶ ἐυσεβείας.	Eiusdem de pietate.
Α. ἐπειδὴ πρώτισον ἡμῖν τοῖς χριςιάνοις.	T. σοὶ τοίνυν πρέπει πᾶσα δόξα κ. τ. λ.
Φύλ. τις.	Fol. 316.
Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν κυρίλλου ἀλεξανδρείας.	Sancti patris nostri Cyrilli Alexandrini.
Α. πιςεύομεν ἕνα θεὸν εἶναι.	T. πρὸς ὅν ἀνάγεται τὰ ἐξ ἀυτοῦ.
Τοῦ ἀυτοῦ· παντὶ ἀνθρώπῳ ἔμφυτον παρὰ τοῦ θεοῦ.	Eiusdem: Omni homini insitum a Deo.
Φύλ. τιζ.	Fol. 317.
Τοῦ ἀυτοῦ, ἐι τέλειός φησίν ἐςι ὁ πατὴρ.	Eiusdem, an perfectus, ait, pater sit.
Φύλ. τιη.	Fol. 318.
Τοῦ ἀυτοῦ καὶ πῶς φησὶν ὀυκ ἀναγκαῖον.	Eiusdem et quomodo ait, non necessarium.
Τοῦ ἀυτοῦ, ἐι μὴ βουλήσει γέγονε.	Eiusdem, an non voluntate extiterit.

†. Priora tria Cyrilli excerpta Hoeschelius cum aliis patrum homiliis graece vulgavit 1587. 8. Fabricius vol. VIII. p. 571. eadem trium initia adfert, reliquorum verò mentionem non facit. In veteri catalogo tanquam anonymi statuuntur.

(Die Fortſetzung folgt.)

II. Afri-

II.

A f r i c a n i

narratio de iis, quae Christo nato in Persia acciderunt,

ex binis bibliothecae electoralis Monacensis codicibus mss. (sublatis, quae in ea ex librariorum incuria occurebant, mendis) nunc primum in lucem edita et latinitate donata.

L. b.

Complures eruditi hucusque in ea opinione fuerunt, narrationem Africani de iis, quae Christo nato in Persia acciderunt, binis bibliothecae electoralis Monacensis, et uno bibliothecae caesareae Vindobonensis codicibus mss. superstitem, fragmentum esse praestantissimi illius operis, quod Sextus Iulius Africanus *), saeculi tertii post Christum natum scriptor christianus, de rerum in universo orbe usque ad Macrini imperium gestarum chronologico ordine elucubravit, atque libris quinque comprehen-

*) De Sexto Iulio Africano eiusque scriptis vide Fabricii bibl. gr. vol. IV. p. 241. edit. Harlesianae, praeprimis autem Io. Rodolfi Wetstenii filii notas in epistolam Africani ad Origenem p. 150. ubi omnia veterum de Africano testimonia congesta reperies. Basil. 1694. 4. unacum Origenis dialogo contra Marcionitas etc.

sum Alexandro, Mammeae filio ad obtinendam patriae urbis Emmauntis restaurationem obtulit. Eadem exspectatione, quam Lambecium*) eiusque compendiatorem Nesselium primum concitasse video, ego quoque accensus maxima cupiditate ad perlustrandos bibliothecae nostrae electoralis codices, quos unacum omni supellectili libraria Principis nostri Serenissimi erga literas amor publico usui prostare voluit, accessi: sed ut vulgari proverbio fertur, carbones pro thesauro inveni. Tantum abest, ut narratio haec ad scriptorem, omnium antiquorum ore celebratum, referri possit, ut ne hilum quidem contineat, Africani chronographi ingenio dignum. Unde cum hic unanimi veterum testimonio vir exquisitae doctrinae acerrimique iudicii fuerit; auctor vero Cestorum**), qui item Africani nomen praefert, dudum vel anilis credulitatis, vel mirae in superstitiones propensionis nota a criticis confixus sit: facile in eorum sententiam

*) Commentariorum de bibl. Vindob. T. V. p. 297. (p. 623. edit. Kollarii.)

**) De libris Cestorum Suidas: Αφρικανος, ὁ Σεκτος χρηματισας, φιλοσοφος Λιβυς, ὁ τȣ Κεϛȣς γεγραφως εν βιβλιοις κδ. εισι δε ὁιονει φυσικα εχοντα εκ λογων τε, και επαοιδων, και γραπτων τινων χαρακτηρων ιασεῖς τε, και αλλοιων ενεργειων. Africanus, dictus Sextus, philosophus Afer, qui Cestos scripsit libris 24 (iuxta Eusebium 9, iuxta Photium 14). Sunt autem veluti quaedam physica, quae continent remedia ex sermonibus et incantamentis, et quibusdam scriptis characteribus aliisque rebus efficacibus. Fragmenta pallim apud Hippiatricos et Geoponicos occurrunt praeter tractatum de apparatu

concesserim, qui eum a chronographo diversum censent, eique hunc etiam foetum non melioris furfuris adiudicarim. Caeterum lector amice! perlectis hisce pagellis, si non nefariae hominis temeritati irasceris, saltem mecum prodigiosas ineptias ridebis, edoctus simul, etiam virorum alias eruditione clarissimorum testimonia non esse tanti facienda, ut quis, si facultas adsit, propria inspectione supersedeat. Vale.*)

bellico, qui huius operis pars censetur, et ea, quae ex Mich. Pselli libro inedito *θαυμασιων ακȣσματων ιατρικων και φυσικων* vulgavit Lambecius p. 472 — 479. edit. Kollarii. Addo hic, Africani opuscula in quibusdam decreti Gelasiani, quod exstat distinct. 15. can. 3. sancta, apographis recenseri inter apocrypha, quod prae omnibus certe huic narrationi convenit.

*) Universam de accentibus doctrinam, inquit cel. Brunk. in annot. ad analecta III, p. 13., ne assis quidem facio. Cui et ego unacum plerisque recentiorum grammaticorum adstipulans eos ubique omisi, quippe qui parum aut nihil omnino utilitatis praestent. Solum accentum circumflexum retinui ad indicandas syllabas contractas, futura et aoristos secundos.

Αφρικανȣ
διηγησις περι των εν Περσιδι γενομενων δια της ενανθρωπησεως τȣ Κυριȣ, και Θεȣ, και Σωτηρος ἡμῶν, Ιησȣ Χριϛȣ.

Εκ Περσιδος εγνωσθη απ' αρχης ὁ Χριϛος. ȣδεν γαρ λανθανει τȣς εν αυτῃ νομομαθεῖς, ἁπαντα φιλοπονȣ̃ντας. ὁσα γȣν[1] εν ταις χρυσαις αλκλαριαις[2] κεκολαπται, και κεῖται[3] εν τοις ἱεροις βασιλειοις, λεξω, ὁτι εκ των προς ενταυθα ἱερων και των εν αυτοις ἱερεων ηκȣϛαι ονομα Χριϛȣ.

Το γαρ ἱερον της Ἡρας εϛιν εκει[4], επεκεινα των βασιλικων μελαθρων, ὁπερ Κυρος, ὁ βασιλευς[5] ὁ πασης ευσεβειας γνωϛης, κατεσκευασε και ανεθηκεν ονοματα θεων, ανδριαντας χρυσȣ̃ς και αργυρȣ̃ς και εκοσμησεν αυτȣς λιθοις πολυτελεσιν, ἱνα μη ταυτης κοσμησεως λεγων διασυρω τον λογον.

Κατ' εκεινας δε τας ἡμερας (ὡς ἁι γεγραμμεναι πτυχες διδασκȣσιν) εισελθοντος τȣ βασιλεως εις το ἱε-

1) Ms. uterque repugnante contextu γαρ.

2) Vocem αλκλαριαις, a lingua graeca prorsus alienam, exhibent Mss. ambo. Significatio eius patet ex sequentibus, ubi loco ipsius vocabula πτυχες, πεταλα occurrunt. Origo ex initio videtur arabica.

3) Ms. uterque solaece κεῖνται.

4) Ms. uterque το γαρ ἱερον της Ἡρας, ὁ εϛιν επεκεινα κ. τ. λ. absque verbo, quod ad rectum ἱερον referretur.

Africani

narratio de iis, quae in Persia domino, deo ac salvatore nostro Iesu Christo nato acciderunt.

Christus primo omnium e Persia innotuit. Nihil enim gentis illius legisperitos, summo studio cuncta investigantes, latet. Quae igitur aureis annalium laminis ab ipsis insculpta, atque in templis, regum sumtibus exstructis, recondita sunt, enarrabo. Ex iis enim, quae ibidem sunt, templis, et per sacerdotes, iisdem praefectos, Christi nomen primitus divulgatum est.

Exstat quippe in Persia Iunonis templum, ipsis regiis aedibus magnificentius, a Cyro, rege religiosissimo aedificatum, qui in eo aureas atque argenteas deorum statuas dicavit, easque lapidibus praetiosissimis exornavit, ne fusiore totius ornatus descriptione sermonem protraham.

Illis itaque temporibus (quemadmodum scripti in laminis aureis annales testantur), cum rex forte

5) Artaxerxem quemdam, Persarum regem, Parthis subiectum, qui Pompeii et Caesaris aequalis fuerit, commemorat Lucianus inter longaevos libello περι μακροβιων. Cyrum hunc, Christo nato supparem, sola harum nugarum auctoritate adstruere non ausim. Notum caeteroquin, novam, eamque independentem Persarum monarchiam demum quinto Alexandri Severi anno ab Artaxerxe, everso Parthorum imperio, restauratam esse.

ρον και λυσιν ονειρατων τινων δεξομενȣ[6], εφη αυτῳ ὁ ἱερευς Πρȣπȣπιος· Συγχαιρω σοι, δεσποτα. ἡ Ἡρα εν γαςρι ελαβεν. ὁ δε βασιλευς μειδιασας λεγει αυτῳ· Ἡ θανȣ͂σα εν γαςρι εχει; ὁ δε εφη· Ναι. ἡ θανȣ͂σα ανεζησε[7], και ζωην γεννᾷ. ὁ δε βασιλευς· Τι τȣτο; σαφηνισον μοι. ὁ δε· Αληθῶς, δεσποτα, καιρὸς εφθασε των τȣτων[8]. πασαν γαρ την νυκτα τα αγαλματα εμειναν χορευοντα, τα τε ανδρικα και τα γυναικεια, λεγοντα αλληλοις· Δευτε, συγχαιρωμεν[9] τῃ Ἡρᾳ. και λεγȣσι μοι· Προφητα, ὑπαγε, συγχαρηθι τῃ Ἡρᾳ, ὁτι εφιληθη. εγω δε ειπον· Πως[10] εχει φιληθηναι ἡ μη ȣσα; ἁτινα λεγȣσιν, ὁτι ανεζησε, και ȣκετι λεγεται Ἡρα[11], αλλ' Ουρανια. μεγας γαρ Ἡλιος[12] εφιλησεν αυτην. ἁι δε θηλειαι πρὸς τȣς ανδρας ελεγον, δηθεν το πραγμα διευτελιζȣσαι· Πηγη εςιν ἡ φιληθεισα. μη γαρ ἡ Ἡρα τεκτονα εμνηςευσατο; και λεγȣσιν ὁι ανδρες· Ὁτι μεν Πηγη δικαιως ειρηται, αποδεχομεθα. Μυρια δε αυτης τȣνομα, ἡτις εν μητρᾳ ὡς εν πελαγεῖ μυριαγωγον ὁλκαδα φερει. εν δε και Πηγη αυτη, ȣ̔τω νοεῖσθω· Πηγη ὑδατος πηγην πνευματος αεvναϊζει, ἑνα μονον ιχθυν[13] εχȣσα, τῷ της θεοτητος αγκιςρῳ λαμβα-

6) Ms. uterque λυσιν ονειρατειων δεξομενος, omissa etiam ab initio constructionis copula και.

7) Codex ordine novo 199 ενεζησε. Sinceram lectionem refert codex 61.

8) Ms. uterque καιρος εφθασε τα ενταυθα, quod apto sensu caret.

9) Ms. uterque mendose συγχωρῶμεν.

10) Pro πως, quod unice huc quadrat, in Ms. utroque exaratum τις.

11) Antithesin quamdam in duobus hisce nominibus Ἡρα et Ουρανια captat auctor, prioris derivatione facta ab ερα terra, ut adeo Ἡρα sit quasi terrestris.

ad obtinendam somniorum solutionem templum ingressus esset, Prupupius sacerdos ad eum inquit: Gratulor tibi, domine mi. Iuno concepit. Subridens rex respondit: Itane vero Iuno mortua concepit? Cui sacerdos: Ita. Iuno mortua revixit, et generat vitam. Quid hoc rei? ait rex. Apertius mihi declara. Cui ille: Revera, domine mi, tempus, quo haec fiant, advenit. Tota enim nocte praeterita statuae omnes deorum, tam marium, quam foeminarum tripudiando pervigilarunt, dicentes inter se: Venite, congratulemur Iunoni. Quin ad me ipsum quoque dixerunt: Adesdum, propheta! congratulare Iunoni. Amata est enim. Quibus ego: Quomodo potest amari, quae tamdiu iam e vivis excessit? Responderunt illae: Revixit, nec amplius Iuno vocatur, sed Coelestis. Sol enim magnus amavit eam. Dixerunt porro foeminae ad mares, manifestius rem explicantes: Scaturigo est amata. Nonne enim Iuno fabrum sibi desponsavit? — Responderunt mares: Quod iure etiam Scaturigo appelletur, assentimur. Verum autem ipsius nomen est Myria. Navem enim onerariam, innumeris rebus repletam, in utero tamquam in pelago gestat. Quodsi etiam Scaturiginis nomine indigitetur, ita est intelligendum: Scaturigo haec aquae perennem spiritus scaturiginem profundit, quae nonnisi unicum in se piscem continet, divinitatis hamo captum, atque universum mundum non secus, ac si

12) Sic codex 61. Codex 119 simpliciter ὁ μεν γαρ Ἡλιος.

13) Optime haec illustrat locus S. Augustini de civ. D. l. 18. c. 23. „Horum graecorum quinque verborum, quae sunt Ιησȣς Χριϛος Θεȣ ὑιος σωτηρ, quod est latine, Iesus Christus Dei filius salvator, si primas literas iungas, erit ιχϑυς, id est piscis, in quo

νομενον και[14] τον παντα κοσμον, ὡς εν θαλασσῃ διαγινομενον, ιδιᾳ σαρκι τρεφοντα[15]. καλως εφητε· Τεκτονα εχεν εκεινη· αλλ' ȣκ εκ λεχȣ̃ς ισον[16] τικτει τον τεκτονα. ȣ̔τος γαρ ὁ γεννȣ́μενος τεκτων, ὁ τȣ τεκτοναρχȣ παις, τον τρισυςατον ȣρανȣ οροφον ετεκτωνησε πανσοφοις τεχναις, την τρικατοικον ταυτην ςεγοτιδα[17] λογῳ πηξας.

Εμειναν γȣν τα αγαλματα φιλονεικȣ̃ντα περι Ἡρας και Πηγης και ὁμοφωνως[18] ειπον· Πληρȣ̃μενης της ἡμερας το σαφες παντες και πασαι γνωσομεθα. νυν ȣν, δεσποτα, παραμεινον το λοιπον της ἡμερας. παντως γαρ ἡξεν το πραγμα. το γαρ ανακυψαν ȣκ εςι το τυχον.

Μειναντος δε τȣ βασιλεως εκει και θεωρȣ̃ντος τα αγαλματα, αυτοματως αἱ κινυριςριαι[19] ηρξαντο κρȣειν τας κινυρας[20], αἱ δε Μȣσαι ᾳδειν και ὁσα ην ενδον τετραποδα και πετεινα αργυροχρυσᾶ, ἑκαςον την ιδιαν απεςειλε φωνην. τȣ δε βασιλεως φρικιασαντος και ὁλȣ φοβȣ πλησθεντος ημελεν αναχωρειν. ȣκ εφερε γαρ τȣ αυτοματισμȣ τον ταραχον. λεγει ȣν αυτῳ ὁ ἱερευς· Ανα-

nomine mystice intelligitur Christus, eo quod in huius mortalitatis abysso velut in aquarum profunditate vivus, hoc est sine peccato, esse potuerit." Caeterum usus mysticae huius appellationis Augustini aevo longe antiquior, quod vel ex solo Clementis Alexandrini hymno in Christum patet.

14) Copula και in utroque Ms. deest.

15) Pro τρεφοντα Ms. uterque exhibet τρεφοντι.

16) Pro λεχȣ̃ς ισον, quod ex coniectura postulante contextu reposui, in utroque Ms. comparet monstrum λεχȣσων.

in mari esset, carne sua nutrientem. Recte dixistis, ipsam fabro iunctam esse. Non tamen ex isto coniugio aequalem ipsi fabrum parit. Iste enim, qui nascitur, faber, fabrorum principis est filius, qui infinita sua sapientia supremum coeli tholum fabricatus est, simulque tripliciter distinctam hanc inferiorem habitationem verbo suo firmavit.

Sic itaque statuae diutius de Iunone et Scaturigine altercabantur. Tandem unanimi voce dixerunt: Completa die unusquisque et unaquaeque nostrum haec clare intelliget. Nunc itaque, domine mi, reliquum diei hic exspecta. Omnino enim res ita eveniet, nec vulgare quidquam est, quod modo manifestatur.

Rege itaque illic manente et statuas observante, sponte sua cinyristriae coeperunt cinyras pulsare, Musaeque cantare, et quotquot in templo erant, quadrupedia et volatilia, unumquodque vocem suam emittere. Rex ad haec horrore correptus totusque terrore perculsus, cogitabat discessum. Non enim ferebat spontaneae huius commotionis tumultum. Ait itaque ad illum sacerdos:

17) Vox ϛεγοτις, inusitatae iam terminationis, ab omnibus etiam lexicis, quae quidem ego inspexi, exsulat; si genuina, certe pessimae notae. Intelligit autem auctor per τρικατοικον ϛεγοτιδα i. e. tripliciter distinctam habitationem, aquam, aërem et terram, ceu totidem orbis terraquei partes, quarum quaevis peculiares incolas habet.

18) Ms. uterque ὁμοφωνω.

19) Ms. uterque κινυϛριαι.

20) Ms. uterque κιθαρας apposita in margine nota, legendum esse κινυρας.

μεινον, βασιλευ. παρεςι γαρ τελεια αποκαλυψις, ἡν Θεος θεων σαφηνισαι ἡμῖν ἡρετισατο.

Τȣτων δε ȣ̓τω λεχθεντων διηνοικτο ὁ οροφος και κατηλθεν αςηρ λαμπρος και εςη επανω της ςηλης της Πηγης, και φωνη ηκȣσθη τοιαυτη· Δεσποινα Πηγη, ὁ μεγας Ἡλιος απεςειλε με, μηνυσαι σοι ἁμα και διακονησαι τα προς τοκον, αμιαντον γαμον ποιȣ̃μενος προς σε, μητερ τȣ πρωτȣ παντων των ταγματων γινομενη, νυμφη τριωνυμȣ μονοθειας ȣ̓σα. καλεῖτο δε το ασπορον βρεφος Αρχη, και τελος, αρχη μεν σωτηριας, τελος δε απολειας.

Και ταυτης της φωνης δοθεισης[21] ἁπαντα τα αγαλματα επεσον επι το προσωπον, μονης της Πηγης ἱςαμενης, εν ᾗ ἑυρηται παγεν διαδημα[22] βασιλικον, εχον επανω αυτȣ εξ ανθρακος και σμαραγδȣ λιθοκολλητον αςερα. ὑπερανω δε αυτης ἵςατο ὁ αςηρ.

Ταχυ δε προσταττει ὁ βασιλευς, εισενεγκαι παντας τȣς σημειολυτας και σοφȣς, ὁσοι ησαν ὑπο την βασιλειαν αυτȣ. των δε κηρυκων ταις σαλπιγξιν επισπευδοντων παντων, παρεγενοντο παντες εν τῳ ἱερῳ. ὡς δε ειδον των αςερα επανω της Πηγης, και το διαδημα ἁμα τῳ αςερι και τῳ λιθῳ, τα δε αγαλματα επ' εδαφȣ̃ς κειμενα, ειπον· Βασιλευ, ῥιζα ενθεος και βασιλικη ανεκυψε, ȣ̓ρανιȣ και επιγειȣ βασιλεως χαρακτηρα φερȣσα. ἡ γαρ Πηγη Μυρια[23] Πηγης της Βηθλεεμιτιδος[24]

21) Ms. uterque δοθησης.

22) Ms. uterque διασημα.

23) Ms. uterque Μυριας.

24) Ms. uterque corruptissime της Βηθλεεμ ιτριδος εςι θυγατηρ. Quod ulcus revocato genitivo Πηγης et adoptata lectione Βηθλεεμιτιδος feliciter sanasse mihi

Mane, rex! imminet enim modo plena harum rerum revelatio, a deo deorum nobis pandenda.

His ita dictis apertum est templi tectum descenditque stella splendida. Qua supra columnam scaturiginis stante, haec vox audita est: Domina Scaturigo! Sol magnus misit me ad indicandum tibi simulque ministrandum, quae ad partum spectant, impollutas tecum nuptias initurus, mater primi e cunctis ordinibus, et sponsa unius trinominis divinitatis! Vocatur autem infans, a te sine semine concipiendus, Principium et Finis, principium quidem salutis, finis vero interitus.

Emissa hac voce reliquae statuae omnes in facies suas proruerunt, sola Scaturiginis statua restante, cui etiam impositum apparebat diadema regium, affixa antrorsum stella e carbunculo, et smaragdo insigne. Desuper vero stella, coelitus demissa, irradiabat.

Quibus factis confestim rex omnes signorum interpretes omnesque sapientes, quotquot sub ipsius imperio erant, convocari iussit. Praeconibus itaque cunctis cum tubis quaquaversum festinanter digressis, brevi tempore omnes in templum convenerunt. Qui cum stellam, Scaturigini imminentem simulque diadema, stella ex lapidibus pretiosis confecta coruscum, ac prostratas humi reliquas omnes deorum statuas vidissent, dixerunt: Rex! proles regia, divino numine plena, lucem aspexit, illius, qui coelum terramque gubernat, regis charactere insignita. Scaturigo enim Myria, Scaturigi-

videor. Caeterum per Πηγην Βηθλεεμιτιδα intellige stirpem Davidicam, ex qua Mariam, servatoris nostri matrem, originem duxisse constat.

εςι θυγατηρ. το δε διαδημα βασιλικος τυπος, ὁ δε αςηρ ȣρανιον εςι μηνυμα, επι γης τερατȣργȣμενον 25). εξ Ιȣδα ανεςη βασιλεια, ἡτις ἁπαντα των Ιȣδαιων εξαρει 26) τα μνημοσυνα. το δε τȣς θεȣς εδαφισθηναι τελος της τιμης αυτων εφθασεν. ὁ γαρ ελθον, πρεσβυτερας αξιας ων, παντας τȣς νεαζοντας αναιρῆσεν 27). νυν ȣν, βασιλευ, πεμψον εις Ἱεροσολυμα. ἑυρησεις *) γαρ τον Χριςον τȣ παντοκρατορος, σωματικως σωματικαις αγκαλαις γυναικειαις βαςαζομενον. εμεινε δε ὁ αςηρ επανω της Πηγης, καλȣμενης Ουρανιας, αχρις αν εξηλθον ὁι μαγοι, και τοτε μετ᾽ εκεινων επορευθη.

Ἑσπερας δε βαθειας εφανη εν τῳ ἱερῳ Διονυσος ȣ μετα των Σατυρων, λεγων τοις αναθημασι· Πηγη ȣκ εςι μια εξ ἡμῶν, αλλ᾽ ὑπερ ἡμᾶς χρηματιζει, τινα γεννῶσα ανθρωπον, θειας τυχης συλληιμμα. ἱερευ Πρȣπȣπιε, τι καθιζη ενταυθα πραττων; πραξις εγγραφος εφθασε καθ᾽ ἡμῶν και μελλομεν ὑπο εμπρακτȣ προσωπȣ ελεγχεσθαι ὡς ψευδεις. ἁ εφαντασαμεν, εφαντασαμεν, ἁ ηρξαμεν, ηρξαμεν. ȣκετι χρησμȣς διδοαμεν. ηρθη αφ᾽ ἡμῶν ἡ τιμη. αδοξοι και αγεραςοι γεγοναμεν. ἑις μονος, εκ παντων αναλαβῶν την ιδιαν τιμην. λοιπον μη θροβαδεῖ 28) ȣκετι Περσαι γης και αερος φορȣς απαιτῶσιν. ὁ γαρ ςησας αυτα παρεςι 29), πρακτικȣς φορȣς

25) Sic Ms. uterque; praeferrem tamen, quod et in versione expressi, genitivum τερατȣργȣμενων, cum literae eiusdem soni a librariis saepissime inter se commutentur, exemplis evidentissimis vel in his annotationibus obviis.

26) Ms. uterque εξαρη.

27) Ms. uterque depravatissime εν αυτη εαση, pro quo substitui αναιρησει. Qui absque subsidio correctioris codicis melius quidquam protulerit, erit mihi magnus Apollo.

*) Pro ἑυρησεις codex 61 refert ἑυρισης.

nis Bethleemiticae filia est. Diadema hoc regii ortus signum, stella coeleste indicium est prodigiorum in terra patratorum. Regnum e Iuda surrexit, quod omnia Iudaeorum monumenta delebit. Deorum in terram prostratio honoris, qui ipsis exhibebatur, finem innuit. Ille enim, qui modo apparuit, cum sit longe antiquioris dignitatis, iuniores omnes loco pellet. Nunc itaque, rex! mitte Hierosolymam. Invenies enim Christum Dei omnipotentis, corporaliter corporalibus mulieris ulnis portatum. Mansit autem stella supra Scaturiginem, quae Coelestis dicta est, tam diu, donec magi egrederentur, tuncque simul cum illis profecta est.

Profundo porro vespere apparuit in templo Bacchus, solus absque consueto Satyrorum comitatu, dixitque statuis deorum, ibidem dicatis: Scaturigo non est una de nobis, sed longe nos antecellit, hominem pariens, divinae sortis participem. Prupupi sacerdos! quid hic diutius moraris? Actio, diu iam scriptis consignata, nobis intendetur, a persona strenua mendaces arguemur. Quae decepimus, decepimus. Quae regnavimus, regnavimus. Non amplius responsa damus. Ablatus est a nobis honor. Inglorii et contemtibiles facti sumus. Est unus, qui debitum sibi soli cultum a nobis omnibus resumit. Caeterum noli turbari. Non amplius Persae de terra et aëre tributa

28) Vox haec, in qua Ms. ambo conveniunt, per librarii cuiusdam, cui dictabatur, imperitiam ex imperativo θορυβηθι verbi θορυβεω videtur exorta. Suffragatur saltem quaedam soni affinitas, in talibus raro spernenda.

29) Ms. uterque παρεϛη.

τῳ πεμψαντι κομιζων, ὁ την παλαιαν εικονα ανακτιζων, και την εικονα τῃ εικονι συντιθεις και το ανομοιον εφομοιωσιν διδες. ερανος γῃ συγχαιρεν, ἡ δε γη καυχᾶται, ερανιον δεχομενη καυχημα. ἁ ε γεγονεν ανω, γεγονε κατω. ὁν ἡ ευδαιμονεσα [30] ταξις εκ ειδεν, ἡ δυσδαιμονεσα θεωρεῖ. εκεινοις φλοξ απειλεῖ, τετοις δροσος παρεςη. της Μυριας ἡ ευτυχια, Πηγην κατα της Βηθλεεμ τεκειν [31] και χαριν χαριτος συλλαβεῖν. ἡ Ιεδαια ηυθησεν· ἁυτη δε μαραινεται. τοις εθνικοις και αλλογενεσι σωτηρια ηλθε. τοις ταλαιπωρεσιν αναψυξις πλεοναζει. αξιως ἁι γυναικες χορευεσι, λεγεσαι· Κυρια Πηγη ναματοφορε, ἡ ερανιε αςερος γειναμενη μητερ, ἡ απο καυματος δροσιζεσα νεφελη, μνημονευε των σων οικετιδων, δεσποινα.

Ὁ εν βασιλευς μηδαμως αναμεινας επεμψε των ὑπο την βασιλειαν αυτε μαγων μετα δωρων, τε αςερος αυτες ὁδηγησαντος. ὡς δε ὑπεςρεψαν, διηγήσαντο τοιαυτα τοις τοτε παλιν, [32] ἁπερ και αυτα χρυσοῖς πεταλοις ανεγραφησαν ἑτως·

Φθασαντων δε ἡμῶν [33] εις τα Ἱεροσολυμα το μεν σημειον ἁμα τῃ παρεσιᾳ ἡμῶν παντας εκινησε. τι τετο, φασι [34], Περσων σοφες παρειναι μετα αςεροφανειας; και ηρωτῶν ἡμᾶς ὁι πρωτοι των Ιεδαιων· τι το ἑπομενον και δι᾽ ὡν παρεςε; και ειπομεν· Ὁν λεγετε Μεσσιαν, ετεχθη. ὁι δε εθορυβεντο και αντιςηναι ἡμῖν εκ ετολμῶν. ὁι δε ειπαν ἡμῖν· Την ερανιον δικην, ειπατε

30) Ms. uterque ευδαιμονῶσα, ut et δυσδαιμονῶσα.

31) Ms. uterque τεκην.

32) Ms. uterque και ἁπερ και. Primum και aperte expungendum.

33) Ms. uterque contra regulas grammaticae Φθασαντες δε τα Ἱεροσολυμα.

34) Ms. uterque soloece Φησι, quod et infra.

exigent. Qui enim statuit tributa, ipse adest, actionum tributa ei, qui se misit, reportaturus, antiquam imaginem reformans, imaginem cum imagine conferens, et dissimile simile reddens. Coeli terrae congratulantur, terra ipsa gloriatur, gloriatione coelitus accepta. Quae in supernis non sunt facta, facta sunt in infernis. Quem felicium ordo non vidit, infelicium spectat. Illis flamma minatur; his ros ministratur. Myriae hoc est concessum, ut Scaturiginem in Bethleem pareret gratiamque gratiae conciperet. Iudaea floruit; regio nostra emarcuit. Gentilibus et alienigenis orta est salus, miseris abunde relevatio praestatur. Merito nunc mulieres choreas ducunt, dicentes: Domina Scaturigo! tu, quae nobis fluenta affers, coelestis stellae facta mater, nubes mundum adversus aestum irrorans, memento, o domina! famularum tuarum.

Rex itaque nulla mora interiecta partem magorum, qui sub ipsius imperio erant, cum muneribus misit, stella ipsis viam monstrante. Hi post reditum suum iis, qui tum vixerunt, talia narrarunt, quae etiam aureis laminis inscripta sunt hunc in modum:

Cum Hierosolymam [venissemus, signum atque adventus noster universam civitatem commovit. Quid hoc, aiebant, Persarum sapientes adesse, simulque novam super ipsos stellam apparere? Interrogaruntque nos primores Iudaeorum: Quid sibi haec volunt, quam ob causam huc venistis? Quibus nos respondimus: Quem vos nominatis Messiam, natus est. Illi, his auditis, tumultuabantur, nec tamen manus nobis iniicere audebant. Dixerunt autem ad nos: Coelestem vindictam obtesta-

ἡμῖν, τι εγνωτε. οἱ ειπαμεν αυτοις· Ατισιαν νοσεῖτε, και ὑτε χωρις ὁρκȣ, ὑτε μεθ᾽ ὁρκȣ πιςευετε, αλλα τῳ αβȣλητῳ ἑαυτων σκοπῳ ακολȣθεῖτε. ὁ γαρ Χριςος, ὁ τȣ Ὑψιςȣ παις, εγεννηθη, καταλυων τον νομον ὑμῶν, και τας συναγωγας. και δια τȣτο ὑπερ μαντειας αριςης ὡσπερ κατατοξευομενοι [35], ȣχ ἡδεως ακȣετε το ονομα τȣτο, ὁπερ αιφνιδιον επεςη καθ᾽ ὑμῶν· οἱ δε καθ᾽ ἑαυτȣς βȣλευσαμενοι, παρεκαλεσαν ἡμᾶς, δεξαμενȣς δωρα παρασιωπησαι το τοιȣτον εκ της τοιαυτης χωρας αυτων, ἱνα μη αποςασια γενηται, Φασιν, εις ἡμᾶς. ἡμεῖς δε ειπαμεν· Δωρα ἡμεῖς εις τιμης αυτȣ ηνεγκαμεν, προς το κηρυξαι, ἁπερ εγνωμεν εν τῃ χωρᾳ ἡμῶν, μεγαλεια εν τῳ γεννᾶσθαι αυτον και λεγετε λαβοντας ἡμᾶς δωρα τα ὑπερȣρανιȣ [36] θεοτητος δημοσιευθεντα κρυψαι και τα τȣ ιδιȣ βασιλεως ενταλματα παριδεῖν; οἱ δε πολλα παρακαλεσαντες ἡμᾶς απελυσαν. τȣτο δε τε [37] βασιλευοντος της Ιȣδαιας μεταςειλαμενȣ ἡμᾶς, και λαλησαντος προς ἡμᾶς [38] τινα και ερωτησαντος, ἁτινα ειπαμεν αυτῳ, εις ἁπερ και εχολωθη ὁλος. απεςημεν δη [39] απ᾽ αυτȣ, μη προσεχοντες αυτῳ, ει μη ὡς ἑνι ευτελεῖ.

Ηλθομεν δε, ενθα απεςαλμεν και ειδομεν την γεννησασαν και τον γεννηθεντα, τȣ αςερος δεικνυοντος το δεσποτικον βρεΦος. ειπαμεν δε τη μητρι· Τις καλῇ, περιΦημε μητερ; ἡτις λεγει· Μαριαμ, δεσποται. ειπομεν δε αυτῃ· Ποθεν ὡρμωμενη; ἡ δε εκ ταυτης, Φησι, της

35) Ms. uterque και δια τȣτο ὡς ὑπερ μαντειας αριςης κατατοξευομενοι. Vel ita legendum, ut dedi, vel si particula ὡς loco suo relinquatur, αριςης mutandum in κακιςης.

36) Ms. uterque absque signo compendii ὑπȣρανιȣ.

37) Subintellige εποιȣμεν.

mur, ut nobis dicatis, quid de hac re noveritis. Quibus nos: Incredulitate laboratis, et neque iuratis, neque iniuratis nobis creditis, sed incogitantiae vestrae inhaeretis. Christus, Altissimi filius, natus est, legem vestram unacum synagogis exterminaturus. Idcirco vos, nuncio hoc exoptatissimo quasi telo perculsi, nomen istud perhorrescitis, quod tam subito cervicibus vestris instat. Illi, collatis inter sese consiliis, hortabantur nos, ut acceptis muneribus, nemini indicaremus, rem talem in hac ipsorum regione accidisse, ne defectio, aiebant, inter nos oriatur. Quibus nos respondimus: Nos munera in honorem ipsius attulimus, ad contestanda prodigia, quae ipso nato in regione nostra acciderunt, et vos inducere nos vultis, ut, acceptis muneribus, ea, quae numen ipsum, coelo sublimius, nobis manifestavit, silentio premamus, simulque regis nostri mandata transgrediamur? Ast illi, multum adhuc nos cohortati, tandem irrito conatu discessere. Pari modo nos gessimus, cum ipse rex Iudaeae nos accerseret, atque inter varios sermones nonnulla nos interrogaret, ad quae ipsi etiam haud gravate respondimus. Discessimus ab illo, non magis ad eum adtendentes, quam ad hominem quemdam imae plebis, licet totus ira ferveret.

Tandem illuc, quo missi fueramus, pervenimus, vidimusque genitricem unacum genita ab ipsa prole, stella nobis dominicum infantem monstrante. Diximus autem ad matrem: Quomodo vocaris, celeberrima mater? Quae ait: Maria, domini. Cui nos:

38) Praepositio πρὸς in utroque Ms. deest.

39) Ms. uterque δε.

της Βηθλεωτων χώρας. ειπαμεν δε· Ουκ εσχες ανδρα τινα; ἡ δε Φησι· Μεμνηςευμαι μονον προς γαμιαιων συμβολων, μεμερισμενης δε με της διανοιας. εκ ηβελομην γαρ εις τετο ελθεῖν. πανυ δε ολιγωρεσης με, σαββατε διαφαυσαντος και ἡλιε ευθυς ανατειλαντος επεςη μοι αγγελος, ευαγγελιζομενος μοι εξαιφνης τοκον τινα. και θορυβηθεισα ανεκραξα· Μηδαμως μοι τετο, κυριε. ανδρα γαρ εκ εχω. και επιςωσε με, βελησεῖ Θεε τον τοκον τετον εχειν.

Ἡμεῖς δε ειπαμεν αυτη· Μητερ, μητερ, ἁπαντες οἱ θεοι Περσων εμακαρισαν σε. το καυχημα σε μεγα. ὑπερηρσαι 40) γαρ πασας τας ενδοξες γυναικας, και πασων βασιλιδων βασιλικωτερα εφανης.

Το δε παιδιον εν τη γη εκαθεζετο. δευτερον, ὡς ελεγεν αυτη, ετος αυτῳ, μερικον της τεκεσης εχον τον χαρακτηρα. ην δε αὑτη μακρας τας χειρας 41) εχεσα, το σωμα τρυφερωτερον, σιτοχροος, ςρογγυλοπροσωπος, εχεσα την χαιτην δεδεμενην. εχοντες δε μεθ' ἑαυτων ευφυῆ παιδα ζωγραφον αμφοτερων την ὁμοιωσιν τη χωρᾳ ἡμῶν ηγαγομεν και ανετεθη εν τῃ χειρι ἡμῶν, ῃ εχρηματιζομεν γραφοντες ἐτως 42) εν τῳ διοπετεῖ ἱερῳ· Δῑι Ἡλιῳ, Θεῳ μεγαλῳ, βασιλεῖ Ιησε, το Περσικον κρατος ανεθηκεν.

Αραντες δε το παιδιον ἑκαςος ἡμῶν και εν αγκαλαις βαςασαντες, ασπασαμενοι αυτο και προσκυνησαντες δεδωκαμεν αυτῳ χρυσον, σμυρναν και λιβανον, ειποντες αυτῳ· Σοι τα σα φιλοτιμεμεν, ερανοδυναμε Ιησε. Ου

40) Ms. uterque ὑπερηραι.

41) Ms. uterque μακριν την κηραν εχεσα.

42) Ms. uterque perturbato prorsus sensu ᾡ εχριματισθη γραφων ἐτως.

Unde orta? Ad quod illa: Ex hacce Bethleemitarum regione. Habesne, inquiebamus, virum? Desponsata tantum sum, respondit illa, in speciem quamdam connubii, mente longe a connubio aliena. Nolui enim ad hoc pervenire. Cum autem prorsus ab eo abhorrerem, sabbato quodam illucescente, sub ipsum fere solis ortum adstitit mihi angelus, annuncians mihi subito partum quemdam. Ad quae ipsius verba ego compavescens exclamavi: Nequaquam mihi tale quid contingat, domine. Virum enim non habeo. At ille fidem mihi adstruxit, divina me voluntate parituram.

Diximus autem nos ad illam: Mater, mater, omnes Persarum dii beatam te praedicarunt. Magna est gloria tua. Cunctas illustres foeminas antecellis, maiorque est dignitas tua, quam omnium totius mundi reginarum.

Infans porro ipse humi sedebat, secundumque ei annum esse aiebat, matri vultu non absimilis. Erat autem ipsa longiusculis manibus, corpore delicatiore, ad frumenti colorem accedente, facie rotunda, comam habens colligatam. Cum vero nobiscum haberemus servum, pingendi apprime peritum, amborum imaginem domum retulimus, quae in primario templo manu nostra cum hac inscriptione dicata est: Iovi Mithrae, Deo magno, regi Iesu, imperium Persicum dedicavit.

Tollentes deinde infantem singuli atque in ulnis gestantes, cum osculati essemus et adorassemus, dedimus illi aurum, myrrham et thus, dicentes: Donis tuis te muneramur, dominator coeli, Iesu. Non bene gubernarentur, quae gubernationi

καλως 43) διοικειτο τα αδιοικητα, ει μη συ παρειης. ȣχ ἑτερως εμισγετο τα ανω τοις κατω, ει μη αυτος κατεβης. ȣ τοσȣτον ἀνυεται διακονια, ει τοντε δȣλον αποςειλῃ 44) τις, ὡς ὁσον ἑαυτον παραγενεσθαι, ȣδε βασιλευς πεμπων επι πολεμον σατραπας, ὡς ὁσον το ἑαυτον ενδημησαι. επρεπε τȣτο τῃ σοφῃ σȣ μεθοδῳ, τȣς ανθρωπȣς 45) μεθοδευσαι τοιȣτως.

Το δε παιδιον εσκιρτᾶ, και εγελᾶ ταις κολακειαις και τοις λογοις ἡμῶν. και συνταξαμενοι τῃ μητρι και αυτη ἡμας τιμησασα και ἡμεῖς δοξασαντες, ὡς εδεῖ, ηλθομεν, εν ᾡ τοπῳ κατελυομεν 46). και ἑσπερας γενομενης επεςη ἡμῖν τις Φοβερος και εκπλαγης, λεγων ἡμιν· Το ταχος εξελθετε 47), μη τινα επιβȣλην ὑποςητε. ἡμεῖς δε μετα δειλιας ειπαμεν· Και τις εςιν ὁ επιβȣλευων τῃ τοσαυτῃ πρεσβειᾳ, θειε ςρατηγε; ὁ δε· Ἡρωδης. αλλα παραυτα αναςαντες πορευεσθε εν ειρηνῃ διασωζομενοι.

Ἡμεῖς δε ταχυναντες απηραμεν εκειθεν πασῃ σπȣδῃ, και ἁπαντα επηγγειλαμεν, ἁ ειδομεν, εν Ἱερȣσαλημ. ιδȣ ȣν τοσαυτα περι Χριςȣ ελεξαμεν ὑμῖν και ειδομεν Χριςον, σωτηρα ἡμῶν, Θεον και ανθρωπον γνωριζομενον. αυτῳ ἡ δοξα και το κρατος εις τȣς αιωνας των αιωνων. Αμην.

43) Cod. 199 ȣκ αλλως.

44) Ms. uterque αποςειλει.

45) Ms. uterque ανταρτας, **tyrannos**. Quod cum hic locum habere non possit, mutavi in ανθρωπȣς, an forte legendum αντεργατας?

46) Ms. uterque κατελυωμεν.

47) Ms. uterque εξελθατε.

humanae non subsunt, nisi tute adesses. Non aliter superna infernis iungerentur, nisi ipse descendisses. Non tantum efficit famulus, a domino missus, quam dominus ipse; non tantum rex, si bellum satrapis demandet, quam si imperio ipse fungatur. Decuit hoc sapientiam tuam, ita cum hominibus agere.

Infans autem exsultabat et ridebat propter blanditias et sermones nostros. Regressi vero ad matrem, exhibito illi, ut par erat, honore, quem et ipsa nobis exhibuit, reversi sumus in diversorium nostrum. Facto vero vespere adstitit nobis terribilis et expavefaciens quidam, dicens ad nos: Confestim exite, ne insidiis opprimamini. Cui nos trementes reposuimus: Quisnam est, qui tantae legationi insidias struere ausit, divine bellidux! Herodes, aiebat ille. Verum actutum exsurgite, et salvi in pace domum redite.

Nos autem celerrime omni studio nos inde proripuimus et omnia, quae vidimus, Hierosolymis nuntiavimus. Ecce igitur, haec vobis de Christo retulimus, et vidimus Christum, salvatorem nostrum, qui se ut Deum pariter et hominem nobis manifestavit. Ipsi gloria et imperium in saecula saeculorum. Amen.

III.

Fortsetzung der Briefe über meine literarische Geschäftsreise in die baierischen Abteyen.

Eilfter Brief.

Rottenbuch den 5ten May 1803.

Auf dem Wege von Etal hieher, der sehr wildromantisch ist und an den schauderhaftesten Abgründen vorüberführt, drängten sich mir vielerley Betrachtungen über den Mönchsgeist auf, die ich nicht alle zu Papier bringen will.

Eine davon kann ich nicht unterdrücken, weil sie mir praktischer scheint, als die übrigen. Sie betrift die Vorsicht, welche die Mönche der frühern Zeiten gebrauchten, sich nebst dem Ertrag ihrer reichen Stiftungen noch beträchtliche Nebeneinkünfte durch berühmte Wallfahrten zuzusichern. Man durchgehe in der Statistik Baierns die zahlreiche Namenreihe der Klöster, und höchstens nur unter zwanzig wird man eines finden, das nicht mit einer Wallfahrt verschwistert wäre. Eine Parallelgeschichte der beiden so nahe verwandten Institute, von einem Manne geschrieben, der nicht seinem Zeitalter und seinem Volke, sondern allen Zeiten und allen Völkern angehörte, würde ein höchst interessantes Werk seyn.

Wenn man die Wunder betrachtet, die in solchen Wallfahrtsörtern gewirkt worden sind, so

